FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

# Alte Drucke

# P. VIRGILII || MARONIS OPERA IN-||DVBITATA, || BVCOLICON, || GEORGICON, || ÆNEIS. || QVIBVS ACCESSERVNT ET || ALIA QVAEDAM LECTIONI || & studio ...

**Vergilius Maro, Publius**

**Lipsiae, 1590**

**VD16 ZV 30860**

ANNOTATIONES IN GEORGICA VIRGILII.

**Nutzungsbedingungen**
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**Terms of use**
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149950

Visual Library

das bene precatur Mœridi,& prouocat eum ad recitandum carmen aliquod.Fundit humus]Commendatio terræ. Ecce]Narratio.Inſere]Aliud canticum de Iulio Cæſare. Omnia fert] γνώμη. Lupi] Vide Chil. 1. cent. 7. Pro. 86. Aut ſi nox] ἀνθυποφορά.

## ARGVMENTVM ECLOGAE DECIMAE.

Ecloge Theocritei Daphnidos. Sed illa alijs accumulauit, deplorans interitum Galli.

Externum] Inuocatio cum propoſitione. Pauca] Attentio.Neget quis] Admiratio. Incipe] Proponit ab occaſione. Non canimus] Vide Chil. 1. cent. 4.Prou. 87. Quæ memora] πάθος per indignationem. Nam neq;] ἀνθυποφορά. Indigno] πάθος. Illum etiam]Exaggeratio. Formoſus]A maiori. Vpilio] ἔκτασις Ionica, pro Opilio. Galle quid] Deſcriptio. Venit] Deſcriptio. Ecquis erit] γνώμη. Triſtis at] Fingit Gallum reſpondentem, vt magis ob oculos ponat hominis inſaniam.O mihi]πάθος. Atq; vtinam]πάθος à vitæ conditione.Quid tum] ἀντἰσαγωγή. Et nigræ] Dilutio per reiectionem. Serta]μετάληψις.Hic gelidi]Inuitat amicam à loco, ἐπαναφορά. Nunc inſanus] A ſolicitudine. Ah] πάθος. Ibo] Remedia amoris quærit. Parthenios] id eſt, Arcadicos, κατὰ συνεκδοχήν. Iam neq;] Inconſtantia amatoris. Ne ſi frigoribus] Exaggeratio.Omnia vincit] ἐπιφώνημα. Hæc ſat erit]Epilogus totius Bucolici carminis. Gallo] παλιλογία. Quantum] Similitudo. Ite domum] Clauſula Bucolica.

# ANNOTATIONES IN GEORGICA VIRGILII.

## ARGVMENTVM PRIMI LIBRI GEORG.

In hoc primo libro docetur aratio, ſub qua eſt ſatio & opera meſſoria, & hæc eſt præcipua & prima pars agriculturæ. Nam quatuor capita agriculturæ ſumma conſtituenda ſunt (Cum alioqui innumerabilia ſint, etiam iudicio Varronis) Nempe Satio, Inſitio ſeu plantatio, Paſtio & Mellatio.

Hinc canere] Propoſitio eſt per diſtributionem ſeu enumeratione͂ partium. Mecœnas] Captat beneuolentiam. Vos ô clariſſima] Inuocatio. Chaoniam] συνεκδοχή. Ponitur enim ſpecies pro genere. Acheloia] Fluuialia. Ariſta] μετάληψις. Cultor] Ariſtæum intelligit. Tuq; adeo] Inuocat Auguſtum Cæſarem tanquam deum potentiſſ. Hyperbaton eſt. Concilia deorũ] Deorum ordines quatuor facit, videlicet cœleſtium, terreſtrium, marinorum & inferorum. An deus] Amplificatio per diſtributionem. Tardis menſibus] Scilicet, Iunio & Iulio, quia tunc ſunt longiſſi. dies. Scorpius] Brachia ſcorpij ſunt χῆλαι, quas iugum & libram vocarunt. Curſum] μεταφορά ſumta à ſtadiodromis. Vere nouo] Primum p̃ceptũ, quo docet, quando ſit arandum. Eſt aute͂ narratio cũ Chronographia. Sole͂] id eſt, calore͂, μεταληπτικῶς. Meſſes] id eſt, frumenta, per Metonymiã. Bis quæ ſolem] Arationem iterandã eſſe p̃cipit. At prius] Secundum p̃ceptum, ꝙ ſit habenda ratio locorũ. Et quid quæque] Varro & Plinius hunc locum vocant oraculũ. Nonne vides] A ſpecie deſce͂dit ad genera, & peculiares certis locis dotes aſſignat. Deucalion] Amplificat à figmento. Pingue ſolum] Eſt tertiũ p̃ceptum, pingue ſolum principio eſſe arandũ. Eſtq; duorum locorum concluſio. Alternis] Quartum præceptum de interuallis concedendis ſolo. Vrit] Repetitio. Sæpe etiam] Quintum p̃ceptum de promouenda fœcunditate agrorum per vſtionem ſeu incenſionem.

Agros]

Agros] συνεκδοχικῶς intelligit ſtipulas, herbas, frutices & purgamenta agrorũ. Siue inde ] συναθροισμὸς rationum Phyſicarum. Nec tenues] Primo eſt σύλληψις, deinde ἔκλειψις. Deeſt enim, obſint aut ſimile quiddam. Eſt autē in hoc diſticho epilogus præcepti, in quo αἰτιολογία ſuperiorum, velut in vno faſce comprehenditur. Raſtris] Raſtris frangendæ glebæ. Quintum præceptum eſt de cura pinguium agrorũ. Humida] Sextum præceptũ de tempeſtatibus. Puluere ] Siccitate, per Metonymiam. Nullo tantum] Amplificat collatione regionũ fertiliſſi. Quid dicā] Occupatio. Eſtq; ſeptimum præceptum de litatione & occatione, poſt factam ſementem. Ecce ſupercilio] ὑποτύπωσις. Quid ? qui ne ] Octauum & vltimum præceptum de arcenda & caſtiganda ſegetum luxuria. Menſibus ] Veris & autumni. Nec tamen] Attentionem conciliat à rei difficultate. Pater] Excurſus. Veterno ] id eſt, ocio, per μετωνυμίαν. Ante Iouem] Indicatio ſeculi Saturnini. In medium] Omnium rerum communio. Omnia liberius] καρπὸν δ' ἔφερε ζείδωρος ἄρουρα αὐτομάτη. Nauita ] Diſtributio. Nautæ primi obſeruarunt ſtellas. Labor] ἐπιφώνημα. Egeſtas ] Hinc Xenophon πενίαν vocat αὐτοδίδακτον. Prima Ceres ] Nunc ex diſtributione ad rem redit. Eſt autem ſecunda pars de agriculturæ origine. Lolium] Chil. 2. cent. 1. Pro. 29. Quod niſi] Nonum præceptũ de diuidendis glebis. Dicendũ] Decimum præceptum de inſtrumentis agriculturæ. Hæc eſt tertia pars 1. lib. Voluentia] ἐναλλαγὴ pro volubilibus. Omnia quæ multo ] Totus hic locus ex Heſiodi ſecundo tranſlatus. Arbuteæ] Viminea inſtrumenta. Huic à ſtirpe] Hunc locũ Heſiod. lib. 2. latius proſequitur. Area] ὑστερολογία. Nam primum eſt vt terra vertatur, deinde ſolidetur creta, poſtremum vt æquetur. Peſtes] Agrorum peſtes. Nux] Elegans eſt forma orationis, id eſt, de copia floris pro-

mittetur. Culmos] ὑπαλλαγή. Semina] Vndecimum præceptũ de ſeminibus liquefaciendis. Sic omnia] Pulcrum ἐπιφώνημα. Non aliter ] παραβολή. Atque illum præceps] id eſt, prorſus. Præterea ] Duodecimum præceptum de obſeruandis ortibus & occaſibus ſiderum. Eſt autem quarta pars primi libri. Libra die] Diſcrimina dierum, συνδιαίρεσις. Eſtque deſcriptio æquinoctij autumnalis, quod fit ſole ingrediente in Libram. Loquitur autẽ de ſatione autumnali. Bruma ſignificat breuiſſimũ diem hybernum. Humo tegere] περιφραστικῶς pro ſerere. Fabis ] Fabarum & milij ſatio. Eſt autem decimumtertium præceptum de verna ſatione. Candidus auratis] Initio Veris vel Taurum Sole ingreſſo, vel potius Arietem, occidente Tauro. At ſi triticeam] Redit ad autumnalem ſationem. Ante tibi ] Loquitur hic de occaſu Pleiadum in Octobri. Gnoſia ] συνεκδοχή. Decedat] Incipiat occidere. Maiæ] id eſt, ante occaſum Pleiadum. Bootes] quando occidit menſe Nouembri. Incipe ] Clauſula ſationis. Iccirco] Decimumquartum præceptum. Vna] id eſt, media. Extrema] id eſt, Zona arctica & antarctica. Duæ] Ad metam ſolſtitij ac brumæ. Mundus] Nobis illa pars dicitur ſuperior verſus polum arcticum. Obliquus] περίφρασις τοῦ ζωδιακοῦ, καὶ ὑπέρβατον. Deuexus] Altera pars dicitur inferior verſus polum antarcticũ. Hic] id eſt, citra vrſas. Hic vertex] id eſt, πόλος ἀρκτικός. Arctos] ἀναδίπλωσις. Aequore] Nunqũa occidentes. Vt perhibent ] Poëtica ἔκφρασις Antipodas ſignificat. Hinc] id eſt, ex cogitatione Zodiaci, & aliarum ſtellarum ortu & occaſu. Eſt autem συναθροισμός. Nec fruſtra ] Decimumquintum præceptum, quo monet, quæ agenda agricolæ domi, cum per tempeſtatem foris eſſe non liceat. Frigid'] id eſt, hybernus. Quippe etiam] Quæ feſtis agenda diebus. Relligio ] ἐπίθεσις. Prætendere ſepem]

Obdu-

Obducere. Ipſa dies] Decimum ſextum pręceptum. Suntq; tranſlata hæc de Heſiodo, quorum quædam naturales cauſas habẽt, quædam ſunt ſuperſtitioſa. Oſſam] Hoc loco non obſeruatur συναλοιφή. Septima] Seræ materies ante plenilunium putreſcunt. Quia multum habent humorem, ſed poſt plenilunium non putreſcunt, quia minus habent humoris. Multa adeo] XVII. præceptum, de his quæ nocte vel æſtiua vel hyberna, & quæ ſub meridiẽ agricolis facienda ſint. Sole nouo] Ante Solis exortum. Noctis] αἰτιολογία, cur meſſoribus & fœniſecis noctu laborandum ſit. Aut dulcis] Verſus hypermeter. Nudus ara] ἀσύνδετον. Eſt autẽ XVIII. præceptum de temporib. arationis, id eſt, priuſquam venit horridior hyems, ara, vel ante gelu. Genialis] Læta hyems. Ceu preſſæ] Pulcerrima ſimilitudo. Hyems eſt quaſi portus animis occupatis. Coronas] Læticiæ ſymbola. Tunc gruibus] Venatio hyberna. Cum nix] περίφρασις hyemis. Quid tempeſtates] XIX. præceptum de vitandis tempeſtatib⁹. Atq; vbi] Primi autumni eſt notatio. Imbriferum ver] Notatio vltimi veris. Spicea] Ver. Sæpe ego] Digreſſio in deſcriptionem tempeſtatis. Omnia ventorum] Auxeſis. Agmen aquarum] Deſcriptio imbris. Sata læta] πάθος. Hoc metuens] Prognoſtica tempeſtatum. Cœli menſes] id eſt, 12. ſigna zodiaci. Frigida] Saturni eſt frigus, Mercurij ventus. Inprimis venerare] Ad inſtitutũ redit. Heſiod. εὔχεσθαι δὲ Διὶ χθονίῳ, &c. Sacra refer] Hortatio eſt ad ſacrificia Cereris. Tũc agni] Deſcriptio veris, ἀναφορά. Cui tu lacte] Mulſi deſcriptio. Terq; nouas] Ambaruale ſacrificiũ ſignificat. Atq; hæc] Quinta pars primi libri, de prognoſticis tempeſtatum, quæ magna ex parte ſunt ſumta ex Arato. Ventis ſurgentibus] Vndecim ſigna futurorum ventorũ numerat. Primum eſt, ſubitò intumeſcens mare. Aridus fragor] Secundum

prognoſticon ex fragore, qui in congerie arborum montanarũ auditur. Littora] Tertium, Echo, ex percuſſione littoris. Murmur ] Quartum, ex nemorum murmure. Mergi ] Ex fuga mergorum ex aqua. Fulicæ] Sextum, ex luſu fulicarum. Ardea] Septimum, ex altiſſimo ardeæ volatu. Stellas] Octauum ꝓgnoſticon ex caſu ſtellarum ὑποτύπωσις. Sæpe leuem paleam ] Nonũ prognoſticon venti ex volante palea. Caducas] Decimum ꝓgnoſticon ex volitantib. frõdibus caducis, quæ ſuapte ſponte lapſę iam à futuro vento, vt paleæ, concitantur. Colludere plumas] Vndecimũ ꝓgnoſticon, ex natatione plumarum in aqua colludentium. At Boreæ de parte ] Vndecim quoq; ſigna ſiue prognoſtica futuræ pluuiæ recenſet. Primum prognoſticon eſt de fulmine & tonitru ſeptentrionali. Secundum prognoſticon eſt de concurſu duorum ventorum, ab ortu Euri, ab occaſu Zephyri, maxime quando tonitrua audiuntur orientalia & occidentalia. Significant autem contrarij venti maximas tempeſtates, ſicut verſus ſonat:

*Imber erit, Boream ſi quando prouocat Auſter.*

Nauita] ἐπίθετος, pro nauta. Imprudentibus ] id eſt, valde prudentibus. In particula, hic non στέρησιν, ſed ἐπίτασιν ſignificat. Aëriæ fugere grues] Tertium prognoſticon ex altiſſimo gruum volatu. Bucula cœlum] Quartum prognoſticon ex reſpiratione bucularum. Aut arguta lacus] Quintum prognoſticon, ex volatu hirundinis clamantis. Veterem in limo] Sextum prognoſticon, ex coaxatione ranarum. Sæpius & tectis] Septimum eſt, quando à formicis oua efferuntur. Et bibit ingẽs arcus] Octauum prognoſticon eſt de Iride. E paſtu ] Nonum prognoſticõ eſt ex multitudine crepitantium coruorum. Coruorum] Amplificatio. Iam varias ] Decimum eſt generale prognoſticon ab auibus, quarum

erebræ

crebræ lauationes pluuiā ſignificant. Tum cornix] vndecimum eſt de garritu cornicis. ὑποτύπωσις eſt. Nec nocturna ] Duodecimum eſt ex ſcintillante oleo in lucernis & addenſatione luminis. Sunt autē hæc ſigna domeſtica tempeſtatis. Nec minus] Nouem ſerenitatis ſigna enumerat. Primum eſt ex claritate ſtellarum.Nec fratris]Secundum eſt ex claritate lunæ orientis. Tenuia]Tertium,quando flocci non volant,eſt autem tenuia, vt Ariete. & Lucret. Tenuia ſputa.Non tepidum]Quartum eſt nauticū, quando Halcyones ſunt alis non expanſis.Halcyones ] Theocritus ἐν θαλυσίοις ait Halcyones mare ſternere.Sues ] Quintum eſt,quando ſues non prouoluunt manipulos. Maniplos ] Eſt συγκοπή. At nebulæ ] Sextum eſt declinatio nebularum verſus terram. Solis & occaſum] Septimum, eſt ex longo cantu noctuæ poſt occaſum Solis.Liquido]Octauū. Quando Niſus Scyllam perſequitur.Secat]περιφραστικῶς, pro volat. Corui] Nonum,læticia eſt coruorum vocem ingeminantium.Neſcio]Impietas coruorum notatur.Mobilis humor] Reddit rationem. Eſt autem pluuiæ notatio. Nunc alios]Effectus aëris. Si verò ] Indubitata tempeſtatum prognoſtica ex Sole & Luna. Luna reuertentes ] Notatio eſt Lunæ μηνοειδοῦς. Sin ortu ] A quarto die vſque ad plenilunium manet plerumq; ſimilis tempeſtas. Naſcentur ab illo ] Hoc plerumque verum eſt.Seruati ] A naufragio. Glauco & ] πολυσύνδετον. Sol quóq; ] De ſignis tempeſtatum ex Sole oriente vel occidente certiſſimis.Maculis]Primum eſt,quando Sol maculoſus exoritur.Aut vbi]Secundum eſt, ex ortu Solis diſcoloris.Aut vbi pallida] Tertium eſt ex oriente Sole pallido. Tithoni ] Orientis auroræ Poëtica eſt deſcriptio.Hoc etiam]Signa ſunt ex Sole occidente.Quid veſper]Prouerbium eſt in Chil. Eraſmi.Solem quis]Amplificatio. Ille etiam extin-

cto]Finit ſingulos libros Georgic.inſigni aut hiſtoria aut fabula. Hic verò eſt θρηνητικὸν de morte C. Cæſaris, ante quam multa prodigia acciderũt,ſicut & poſt, quæ hoc loco com̃emorantur. Flamarumque globos] Fulminis & fulgetri eſt communis deſcriptio.Grandiaq́; oſſa] Significat paulatim decreſcere animantium corpora.Romanas]Proſopopœia.Nec fuit]Poëtica amplificatio. Dij patrij]Precatio ſeu votum. Queritur ] A querimonia. Vt cum] Pulcerrima deſcriptio & ſimilitudo commoti populi. Fertur equis ] Prouerbialis verſiculus, de ijs qui non audiunt.

1. Continet ergo primus liber vtilem doctrinam de ortibus & occaſibus ſiderum.
2. De naturis herbarum & frugum.
3. De prognoſticis tempeſtatum.
4. Locos communes vtiles ad copiam, & qui ſunt exempla amplificationum.

## ARGVMENTVM LIBRI SECVNDI.

Secunda pars agriculturæ,quæ docetur in hoc libro, eſt cultura arborum, ſatiferarũ,frugiferarum, vitium,oleæq́ue, in quarum numero tamen vites & oleæ primas tenent.

Hactenus] Exorditur à tranſitione cum propoſitione.Eſt autem Eclipſis, ſcilicet, cecini. Nunc te Bacche] ἀποστροφή. Virgulta] id eſt, arbores, καταχρηστικῶς. Huc pater ] Inuocatio. Tuis hic] In parentheſi hac eſt inuocationis αἰτιολογία. Cothurni] ὑποτύπωσις eſt calcandarum vuarum. Principio] Prima pars ſecundi libri, de rationib. procreandarum arborum.Incipit autem à diuiſione creandarũ arborum.Sponte ſua]Prima pars diſtinctionis.Pars autem ] Secunda ſpecies. Nemorum ] id eſt, arborum

rum

rum, συνεκδοχή. Pullulat] Tertia ſpecies. Hic plantas] Primus modus eſt artificialis plantatio. Stirpes] Secundus eſt infoſſio ſeu inflexio ſtirpium. Syluarúque] Tertius eſt propagatio. Et viua] Quartus eſt tranſpoſitio ſeu tranſlatio plantariorum. Nil radicis] Quintus eſt inſitio. Et ſæpe] Inſitionis exempla. Quare agite] Adhortatio, qua ſibi attentionem conciliat. Tuque ades] ἀποστροφή ad Mecœnatem, quem inuocat, vt ſubueniat. Centum linguæ ſint] δέκα γλῶσσαι, & χάλκεον ἦτορ, ἰλιάδ. β. Ades] A facili. Atque per] A docili. Ferrea vox] Chil. 1. Cent. 7. Prouerbio 44. Sponte ſua] Prima ratio naturalis, de his quæ ſponte naſcuntur. Nec non & Secunda ratio naturalis eſt earum, que ex radice ſuccreſcunt. Nunc altæ frondes] αἰτιολογία ſterilitatis. Nam quæ] Tertia ratio naturalis eſt ex ſemine. Scilicet omnibus eſt] ἐπιφώνημα. Herculeæque arbos] περίφρασις arboris populi Herculi ſacræ. Inſeritur verò] Diſcrimen indicatur inſitionis & inoculationis. Prætereo genus] Varias eſſe ſpecies in ſinguiis generibus. Miraturque nouas] Proſopopœia eſt. Pauſia] A pauiendo, id eſt, tundendo, quod niſi tundantur, oleum non reddant. Præterea] Secunda pars huius libri, de diuerſis ſpeciebus ſingularum arborum. Alcinoi ſyluæ] Homerus Odyſſ. ή. Non eadem] Numerat nonnulla vitium & vuarum genera. Cruſtumijs] Pyrorum genera varia. Nō ego te menſis] Rhodiam vuam laudat, quod apta ſit, tum bellarijs, tum ſacrificijs. Alludit autem ad veterū ſuperſtitionem. Quem qui ſcire] Sunt duo ἀδύνατα, quibus oſtendit fieri non poſſe, vt quis omnia vitium genera dinumeret. Chiliad. 1. Cent. 5. Prou. 45. Nec vero terræ] Hæc eſt tertia pars ſecundi libri, quæ indicat, quibus locis ſingula naſcantur, quem locum & in primo libro attigit. Aſpice & extremis] Apoſtrophe ad Mecœnatē.

Chil. 4. cent. 4. Prouerb. 20. Gelonos ] id eſt, orientalia loca. Hebenum ] Seu ſtirpem ſeu radicem. Eſt autem diſtributio terrarum proprietatis. Solis eſt thurea] Soli Sabæi habent thus, ſicut ſoli Iudæi habebant Balſama. Achanthi] vel acanthi, à ſpinis. Quid tibi ] Propoſitio generalis, quam per ſpecies confirmat. Aut quos] Arbores Indicas tam altas eſſe poëta ait, vt ſagittis ſuperari nequeāt. Media fert] Regionis notum nomen. Felicis mali ] Deſcriptio mali aurei ſeu Citrini, cuius eſt mirabilis vis contra venenum. Tardumq́;] id eſt, ſubacidum vel planè acidum, λιτότης eſt. Innoxia ] Coniungit incantationes & venena. Erit] pro eſſet. Apprima] Pro apprimè, more Attico, temporis enallage. Sed neque] Digreſſio eſt in laudem Italiæ, quam poëta præfert omnib. alijs regionibus. Laudibus] Græca conſtructio. Hæc loca] A comparatione aliarum regionum. Illa verò q̄ hic recenſet poëta, à fabulis ſumta ſunt. Sed grauidæ ] A copia rei frumentariæ & vini. Tenentq́; ] A copia oleæ, & armentorum. Hinc albi] A copia gregis, κατὰ ἀποστροφὴν, Clitumnum alloquitur fluuiū in Faliſco prope Meuaniam, cuius aqua epota albeſcunt greges. Deum] Iouis Capitolini potiſs. Eſt igitur ἐναλλαγὴ numeri. Hic Ver] A temperie aëris. Hinc bellator] ὑπέρβατον. Bis grauidæ] A fertilitate pecudum & arborū. At rabidæ ] A vacuitate noxiarum rerū, facta comparatione aliarū regionum iterum laudat. Adde tot] A frequentia vrbium copioſe extructarum. Fluminaq́;] A præſtantib' fluminibus. Iulia quà Ponto ] Iulius excluſit mare ſolitum irrumpere in Lucrinum lacū facto aggere. Hæc eadem] A metallicis. Hæc genus] A præſtantia & bellicoſitate. Maxime Cæſar] Apoſtrophe ad Auguſtum, cui blanditur. Indum] ὑπερβολὴ, quia Auguſtus nunq̄ peruenit ad Indos. Salue ] προσωποποιΐα eſt, qua Italiam ſalutat. Aptiſſima vero tranſitione

ad

ad rem reuertitur. Nunc loc⁹ ] Hæc eſt quarta pars huius libri, vbi de natura & virtute & qualitate terrarũ agit. Difficiles ] Quæ terra oleis ſit apta. Palladia] Quia olim Palladi ſacra erat, & in arce Athenarum eadem habebatur. Indicio ] αἰτιολογία. At q̃ pinguis] Terra pinguis, vliginoſa, dulcis, herbida, fertilis, & ſoli meridiano oppoſita, vitib⁹ apta. Felicē] Generaliter felicem hic vocat herbas ſponte naſcētes. Hic tibi] A tribus commodis laudatur vliginoſus ager vinearius. Sufficiet ] id eſt, ſuppeditabit, actiuè. Sin armēta] Quæ terra ſit apta paſcuis vel armentorum, vel pecorum. Sit autē paſcua terra ſyluoſa, fertilis, graminea, humida, pratenſis, rorida. Vrentes capellas] Pulcra deſcriptio. Infelix Mātua] πάθος. Nam Auguſtus diſtribuit militib. ſuis agros Mantuanorum. Obiter autem patriæ ſuæ laudem aſpergit. Nigra] Quæ terra frumentis appoſita. Prima bonitas & p̄ſtantia eſt nigri ſoli. Secunda rubri. Tertia candidi vel pallidi. Imitamur] Nam arare nihil aliud eſt, quam terram ſoluere & frumentare. Syluam ] συνεκδοχικῶς, pro arborib. Arator] ὑποτύπωσις. Chelydris] id eſt, noxijs & venenatis ſerpentibus. Quæ tenuē] Iam docet, quomodo terra exploretur. Ea verò eſt optima, quæ ſæpe ex ſe exhalat nebulam. Eſtq; concluſio. Talem diues ] Eſt locus ab exemplis. Nunc quoq;] Tranſitio. Hactenus abſoluit primam differentiam terrarum, nũc reliquas ꝓſequitur. Frumentis ] Denſa. Sic autem deprehendas denſam, ſi effoſſam terrā rurſus in eundem locum regeras, & ſi ſuperat, denſa eſt: ſi non implet foſſam, rara eſt. Salſa] A ſapore. Ora] συνεκδοχή. Triſtia tentātum] Gelli. amaror, non amaro legendum eſſe cenſet. His animaduerſis] Quinta pars 2. libri. Memento ] Primum præceptum, Ne crudum ſit ſolum vinearum, ſed decoctum calore & frigore. Aquiloni] Hyemi, μεταληπτικῶς. Et labefacta ] ὑπαλλαγὴ

λαγή, pro amouens & labefaciens. Aut ſi quos ] I I. vt viciarum non ſit diſſimile ſeminario. Matrem] μεταφορά. Quinetiam] I I I. vt obſeruet quam partem cœli verſus ſemina ſteterint. Adeo in teneris] ἐπιφώνημα. Chil. 2. Cent. 4. Prouerbio 20. Collibus] I I I I. De interordinio. Suadet autem in principio obſeruandum eſſe, meliores ne ſint campeſtres vineæ, quam collinæ. Arboribus poſitis] Varro oſtendit arbores à veterib. in quincuncem ſeri ſolitas. Vt ſæpe ingenti] παραβολὴ mire faceta, de bono ordine. Dubius Mars ] παροιμιακῶς. Quia belli euentus incertus. Renidenti] Renidere, ꝓprium eſt æris. Nõ animum ] αἰτιολογία. Forſitan & ſcrobibus ] V. De ſcrobibus faciendis. Neue tibi ad Solem ] V I. Ne vergant ad occidentem. Neue inter] V I I. Corileta vitibus non eſſe inſerenda. Neue flagella ] V I I I. Non ex ſummis arborib. defringendæ plantæ. Tantus] αἰτιολογία eſt in hac parentheſi, qua ſubindicat, ſurculos circa terram reſcindendos eſſe. Neu ferro] I X. Vites vulneratæ moriuntur. Neue oleæ ] X. Alias arbores inter Oleam, & Oleam inter arbuſtiues vineas, non ſerendā eſſe. Nam ſæpe] Cauſatur poëta incendium, cuius ὑποτύπωσις inſeritur, vt varietate animos legentium oblectet. Nec tibi] X I. Quo tempore & quo flatu ſint vites ſerendæ. Borea ] Non fodiendum aut arandum ſpirante Borea. Optima ] Sequitur opus vineæ conſerendæ, quę vel vere vel autumno deponitur. Ver adeo] Veris eſt deſcriptio amœniſſima, ἀναφορά. Pater omnipotens] Iouem intelligit. Nouos ſoles] A moderata cœli temperie. Non alios prima ] Vernum tempus primum facit. Ver illud erat ] Repetitio. Hybernis ] Pulcra amplificatio. Nec res nunc ] Alia amplificatio ab vtilitate. Quod ſupereſt] X I I. De ſtercoratione. Occule ] 1. ratio. Aut lapidem ] 2. ratio. Iamque reperti] 3. ratio. Seminibus poſitis]

Quomo-

XIII. Quomodo repaſtinanda ſit vinea nouella. Aut preſſo] περίφρασις arationis. Tū leues ] XIIII. De pedatione vitium. Ac dum prima ] XV. De frondatione ac pampinatione anniculorū malleorum, ſeu viuiradicum, quæ aciem ferri prorſus reformidant. Frontibus ] Elegans metaphora. Texendæ] XVI. Conſepiendæ ſunt vineæ, vt via armento & gregi intercludatur. Syluestres vri] Pecoris eſt diſtributio. Capreæq;] Pro capræ, per ἐπέκτασιν. Frigora] Amplificatio a collatione. Non aliam] παρέκβασις in ſacrificia ruſticorum. Mollibus in pratis] ἀσκώλια. Et te Bacche] Vide Chil. 2.cent. 9. pro. 47. Oſcilla ] Antiquiſs. morem ſacrificandi tangit. Eſt etiam ille] XVII. De fodiendis vineis. Atq; in ſe] Ideo à Græcis vocatur ἐνιαυτός. Et iā olim] XVIII. Poſt vindemiam ſequi debere putationem. Primus humum] XIX. Hortatur, vt vinitor ſit diligens & induſtrius. Bis vitibus ] Bis pampinandum. Exiguum colito ] Vide Chil. 1.cent. 5. Pro. 89. Laudato ingentia] Significat melius eſſe habere conditionē mediocrem, atq; illam gnauiter excolere, quam habere ſuperiorem, cui non poſſimus præeſſe. Huc pertinet adagium. Spartam q̄ nactus es orna. Ruſci] Ruſcū ſignificat ligacula, quibus ligantur vites. Eſt autem peculiaris arbor, ex qua fiunt illæ ſcopæ, quibus veſtes purgentur. Salicti] id eſt, Saliceti, συγκοπή. Iam vinctæ ] Epilogus eſt parandæ vineæ, in qua vites ruſco vinctæ pedamentis ſunt. Antes ] id eſt, vinearum ordines. Iuppiter] id eſt, magni laboris colere vineas. Contra non ] Sexta pars II. libri de cultura olearum & aliarum arborum. Falcem] id eſt, non opus eſt putatione. Satis] id eſt, oleæ. Nutritor] Atticiſmus. Auiaria] id eſt, ſyluæ, συνεκδοχή. Loquitur de illis, quæ naſcuntur ſine noſtro labore & cultura. Poma ] συνεκδοχικῶς arbores ſeu pomaria intelligit. Serere] Vide Chil. 1. cent. 2. Prouer. 41.

Quid

Quid maiora]Interrogatio.Tondentur] id eſt, metuntur, ἄκυρον. Lucos]Pro ſyluis poſuit καταχρηστικῶς. Caucaſeo ] Caucaſi Scythiæ montis. Non raſtris] Occupatio. Centauros ] Odyſſ. φ. O fortunatos] Hæc digreſſio, quæ librum hunc , vt ſuperiorẽ narrationem de morte Cæſaris concludit, cõtinet pleniſſ. laudem vitæ ruſticæ. Propoſitio autem fit per exclamationem de felicitate eiuſdem generis vitæ. Quibus ipſa ] Confirmatio ab vtili ſeu commodis. Si non] ἀνθυποφορά. Vndam] Multitudinem, μεταφορὰ eſt. Inhiant] A frugalitate domuum, veſtium, & ſupellectilum. Ephyreiaque ] Corinthia. Caſia] id eſt, μυρεψία, συνεκδοχικῶς. Si bona norint ] Vide Chil. 3. Cent. 3. Prouerb. 6. Et Chil. 4. Cent. 5. Prou. 4. At ſecura] A ſecuritate. Vita] A candore vitæ. Diues opum]Ab opulentia rerum natiuarum. Latis fundis] Ab amplitudine fundorum. Speluncæ] A iucunditate loci. Viuique ] A copia optimæ aquæ. Tempe ] Ab amœnitate loci. Mugituſque] Ab armentorum copia. Somni] A dulcedine quietis. Saltus] A copia ferarum & venatione. Patiens operum] A temperantia & laboris patientia. Sacra deum] A religione & pietate. Sanctique] Ab obœdientia. Iuſticia]Ab æqualitate & pietate. Me vero ] A dignitate. Monſtrent ] Aſtrologia. Soles] Dierum brumalium notatio. Oceanus autem more poëtico horizon eſt, quem Cicero finitorem appellat. Felix] ἀνθυποφορὰ eſt. Sed per conceſſionem reſpondet, aſſeritq́; felices eſſe philoſophos, ſed non minus ruſticos. Fortunatus]Finitio agricolæ ſubijcitur ex noticia deorum agreſtium. Illum non]Felicitatis cauſſæ ſunt. Quia nõ eſt ãbitioſus. Ideo ambitus damnari nequit. Infidos]Altera felicitatis nota eſt, regni carentia. Aut coniurato] III. Quia amplificationi imperij non ſtudet. Non res Romanæ] IIII. Quod imperiorum mutatio , & inclinatio

nihil

nihil eundem moueat. Neque ille dolis] V. Quod ſit ἀπράγμων. Neq; ferrea] VI. Quod liber ſit à contentionibus forenſibus. Solicitant] VII. Quod ſoli agrorum culturæ addictus ſit. Eſt autem diſtributio. Vt gemma] id eſt, gemmeo poculo. Venit hyems] Studia agricolarum per hyemem. Autumnus] Studia ruſticorum autumni tempore. Interea] Commoda priuatæ vitæ ruſticanæ. Ipſe dies] Ludi agricolarum. Hanc olim] Ab exemplis agriculturam extollit. Aureus] Allegoria cum tranſlatione. Arces] id eſt, colles, per συνεκδοχὴν. Ante etiam ſceptrum] id eſt, imperium, per μετωνυμίαν. Sed nos] Clauſula eſt per metaphoram à nautis & ab equeſtri certamine ſumta, qua oſtendit, ſatis de arboribus cantatum eſſe.

## ARGVMENTVM LIBRI TERTII.

Tertia pars agriculturæ, eſt cura & deſcriptio armentorum & pecorum.

Te quoq;] Propoſitio cum inuocatione. Paſtor] Apollinis notatio eſt. Syluæ] προσωποποιΐα. Cætera] ὑποφορὰ eſt, Cur non heroica ſcribat, & interim attentos lectores reddit. Quis aut Euryſthea] Autorem laborum Herculis. Aras] Quibus hoſpites mactauit. Tollere humo] Nempe ne ſemper humi ſerpam, q; dicitur παροιμιακῶς de ijs, qui ad altiora aſpirant, & celebriores fieri exoptant. Primus] Excurrit in laudes Auguſti Cæſaris. Palmas] φοίνικας. Intexti] ἀμφίβολον eſt. Gargaritum] κατὰ μερισμὸν nonnulli victi enumerantur. Quirini] id eſt, Auguſti. Atque hic vndantem] Hic inundationem belli per tranſlationem dixit. Vrbes] Regiones. Capit enim συνεκδοχικῶς, Mediam & Parthiam. Troiæ] Apollo & Neptunus autores Troiæ. Homer. Iliad. 2.

Inui-

Inuidia ] Per ἀντὶσαγωγὴν hortatur, ne quis huic templo & eius ornatui & pompæ inuideat. Interea] Aptiſſimo tranſitu ad rem redit. Mecœnas] αἰτιολογία eſt per apoſtrophen. Seu quis Olympiacæ] Gloriæ equeſtris mentio. Forma bouis] Res armentaria. Ne mihi diſpliceat] λιτότης, pro valde placeat. Lucinam] Partum, μετωνυμία eſt, cum hyſterologia. Notatur tempus idoneum partui. Optima quæq;] Detrimenta fatalia. Nec non & pecori] Pecus nunc equos. Spadices] De coloribus equorum. Talis Amiclæi] Nobilium ac generoſorum equorum admiſſariorum. Frigidus] αἰτιολογία eſt à difficili. Incaſſum] Altera ratio ab inutili. Vt quondam] Expolitio eſt à ſimili. Nonne vides] De ætate, indole, & genere equorum. Eſt autem egregia ὑποτύπωσις. Tantus amor] ἐπιφώνημα eſt. Primus ] Digreſſione autores quadrigarum, frenorum, & equeſtris aciei oſtendit. Equitem ] Pro equo poſuit. His animaduerſis] De cura equorum & equarum circa tempus admiſſionis. Diſtendere] id eſt, ſaginare, eſt περίφρασις. Florenteſque ] De ſaginandis equis. Ne blando.] αἰτιολογία eſt. Et ſole] Deſcriptio meridiei ruſtica. Hoc faciunt] Ratio Phyſica cur macræ facilius concipiant, pinguiuſculæ autem ſterileſcant. Genitali ] id eſt, vtero. Sulcos inertes ] Per metaphoram ſterilis nominauit. Rurſus] Quando curandæ ſint grauidæ equæ. Non illas] Septem numerantur quæ abortionem prohibent. Hoc quondam] Ab exemplo eſt locus. Arcebis] In hoc verſu nulla συναλοιφὴ eſt. Poſt partum ] Tranſitio. Tu quos] Modus domādi vitulos ad agriculturam. Dum faciles] γνώμη. Hortatur autem ab occaſione ætatis. At primum] Paulatim ad laborem aſſuefaciendi vituli. Interea pubi] De cibatione vitulorum. Nec tibi] Non mulgendæ vaccæ, quæ iam pepererūt. Primus equi] De domitura pullorum equorum. Atque hæc iam]

Qua

Qua ratione totum triennium equus tractandus. Aetas] Alij æſtas legunt,& quartus intelligitur annus. Sitq́ue laboranti ] Expolitio à ſimili. Qualis ] Homerica comparatio. Denſus ] Propter loci vicinitatem. Differt nubila] Vis illius exprimitur, quod ſit ludificus, apud Homer. αἰθρογενέτης. Hyems ] id eſt, niues, μεταληπτικῶς, quæ diſſipantur à vento. Spumas ] Generoſitatis nota eſt. Belgica ] Vſus equorũ. Sed nonnulla] Venus maſculos equos eneruat. Atq; ideo] De cura taurorum & vaccarum poſt admiſſionem. Vritq́; videndo] Vide Chil. 1. Cent. 2. Pro. 79. Eſtq́; αἰτιολογία ablegationis. Alternantes] Pro alternatim, ἐναλλαγή. Eſt quoq; ὑποτύπωσις elegans monomachiæ duorum taurorum riualiũ. Reboant] ὑπερβολή. Victus abit] Vide Chil. 1. cent. 2. Pro. 43. Nec mos] Aliud conſilium de ſegregandis pugnantibus tauris ſubijcit. Vict⁹ abit] Signa & incommoda ſunt victi & excluſi. Dura ] πάθος. Obſerua luculentam deſcriptionem. Fluctus vt] παραβολή. Comparatio ex fluctibus maris. Terras] id eſt, littora, συνεκδοχή. Omne adeo ] Amplificatio de vi libidinis, q̃ eſt in equis. Facta autẽ hic eſt ex hypotheſi theſis, quæ eſt, Omnia animalia amantia inſaniunt. Et genus] Quod Ariſtoteles his verbis oſtendit, κοινὸν τὸ περὶ τὴν ἐπιθυμίαν καὶ τὴν ἡδονήν. Tempore ] μερισμός. Vrſi informes ] Nam lingendo membra formantur. Tigris ] Sub tempus coëundi tigris ſæuiſs. eſt. Ipſe ruit] Amplificatio. Sabellicus] id eſt, Sabinus. Quid iuuenis] A brutorũ ad hominũ exempla tranſit. Eſt autem Eclipſis. Nam ſubauditur, facit, aut ſimile quippiam qui amat, cuius hic eſt περίφρασις. Natat] Quemadmodum Leander ꝑ Helleſpontum ad Hero natauit. Per freta autem hic intelligit mare Helleſpontiacum. Porta tonat] Nubes ἰλιάδ. ἑ. Imbelles] Nam in his eſt ἀβληχρὴ κραδία, καὶ θυμὸς ἔσωθεν ἀναλκής, vt Opp. ait. Scilicet ante om-

nes ] Furiunt quidem omnia animalia ſub tempus coitus, ſed omnium maximè equæ. Quadrigæ] Per quadrigas συνεκδοχικῶς equos intelligit, q. Glaucū Potniæum Siſyphi filium dilacerarunt. Vere] Quo equis iuxta Ariſtotelem coëundi initium eſt. Quia vere] αἰτιολογία eſt libidinis vernalis ex Phyſiologia ſumta. Grauidæ] Equas concipere ſine maribus, qui partus durat ſolum trienniū. Saxa per] Verſus ſpōdaicus. Caurum] Ex cognatione literarum Corum, qui multorum ſententia ex occaſu Solſtitiali ſpirat. Nigerrim⁹ ] Nā pluuioſus & nebuloſus eſt Auſter, eaq́; de cauſa νότος dici videtur. Hippomanes] Vide Eraſmum in prouer. ἱππομανεῖν. Virus] Finitio cauſalis eſt. Sed fugit ] ἐπανόρθωσις facti ſui, quod longius digreſſus ſit. Hoc ſatis armentis] Altera huius libri pars de gregib. pecorum. Apta autē tranſitione ad rem redit, & parat attentionem à difficili. Armentis] Eclipſis eſt, deeſt enim De, præpoſitio Hinc labor ] Conceſſio eſt. Coloni ] Quales & apud Homerum reges ſunt πολύαρνες & πολύμηλοι, vtpote à copia agnorum & ouium. Nec ſum animi] Totus hic locus ex primo Lucretij ſumtus eſt, ſed excultus, vt omnia fermè hic poëta, quæ ab alijs ſumit, meliora facit, atq; adeo in ſuam poſſeſſionem vendicat, ſibiq́; aſſerit, vt ne repetere quidē quib. ademit audeant, & ſuppudeat ſua tanquā agnoſcere. Vincere] id eſt, verſibus conſcribere, μετωνυμία. Sed me ] περίφρασις eſt ſtudij poëtici. Orbita ] id eſt, rota. Metaphora eſt, ab aurigis ſumta. Magno] Hæc omnia ſunt attentionis. Incipiens ſtabulis] De ouibus, earumq́; forma ac paſtione & fœtura. Glacies] Tria debent vitari incōmoda, quando προβατεῖαι rectè adminiſtrantur. Primum eſt, ne glacies hyemalis ouiculas offendat. Secundū, ne ſcabie afficiantur. Tertium, ne fiant podagricæ. Poſt hinc digreſſus] De capris nunc incipit dicere. Hæc quoq;] Adhorta-

hortatio eſt, ne caprilia negligãtur. Nec minor] Laus caprarum, ab vtilitate ſumta. Quamuis] ἀνθυποφορά. Læta magis] Vtilitas ex capris. Vſum in caſtrorum] Ex pilis caprarum quæ fiant. Ciniphij] De vſu hircorum. Tondent] Priſcianus ait, hîc eſſe ἐναλλαγὴν, pro tondentur. Paſcuntur] id eſt, depaſcunt, vel paſcuntur, κατὰ τὴν ὕλην. Ergo omni] Epilogus. Quo minus] Clauſula. At verò] De paſtura ouium & caprarum tempore æſtiuo. Zephyris] Notatio eſt primæ æſtatis. Gregem] Ouium & caprarum. Luciferi] περίφρασις eſt primæ lucis. Frigida] Pruinoſa ſeu roſcida, & noxia. Canent] id eſt, albicant. Inde vbi] Notatio eſt incipientis meridiei ex hora & ſtrepitu cicadarum. Ilignis] Ex ilice factis. Aeſtibus] id eſt, ſub meridiem Ilicibus] περίφρασις ruſtica, id eſt, ſole iam exorto. Tum] id eſt, circiter horam nonam aut decimam ad flumina iterũ agendæ ſunt oues, & ad paſtionem. Halcyonem] ἐναλλαγὴ, quo tempore Halcyon per littora reſonat. Quid tibi] Occupatione quadam docet in alijs atq; alijs regionibus diuerſam eſſe paſtionis rationem. Ac] παραδειγματικῶς, de Libyca & Scythica paſtione hoc in loco canit, vt ex his reliquas aliquis dijudicare poſſit. Non ſec⁹] παραβολή, vt grauis, ita faceta. Cõfertur autem paſtor Libycus cũ Tyrone Romano. Amyclæum] συνεκδοχικῶς pro Laconico dixit. At non qua] De Scythica paſtione iam canit, quæ Libycæ prorſus eſt contraria. Sub axem] id eſt, ad Septentrionem. Complectitur autem paſtiones Scythicas, Myſis, & aliquo modo Threicias. Illic clauſa] Excurrit in deſcriptionem Scythiæ. Spirãtes] Ab aëris qualitate. Altum] Finitio poëtica eſt orientis & occidentis ſolis, cui quadrigæ attribuũtur. Contreſcunt] A frigore. Ningit] vt pluit, tonat. Puniceæque] Sagittis quæ ſunt πτερόεσσαι. Canibus] Venatio Scytharum. Ipſi in] Scytharum viuendi

ratio. Et pocula] Scytharum potus. Talis] Acclamatio per Epilogum. Sit tibi lanicium] A lana lanicium. Læta] id eſt, pinguefacientia. Hoc Phyſicum eſt. Omne enim animal pingue & humidum caret pilis. Illum autem] Quia cuius coloris venas habuerit aries ſub lingua, eius erit laniciũ. Ne maculis] αἰτιολογία eſt. Pan deus] Fabulam admiſcet. Luna] ἀποστροφή. At cui lactis] De paſtione, ouium, & quid lac in ouibus augeat. Hinc &] αἰτιολογία eſt, ſalſarum herbarum. Quod ſurgente] De vſu diurni lactis & nocturni. Nec tibi cura] De vſu canum villaticorum & paſtoriciorum, λιτότης. Nocturnum] Quæ incommoda à pecoribus profligenda. Iberos] id eſt, Hiſpanos. Cuſtodibus illis] Commoda curæ canum. Sæpe etiam] Eſt notatio venatici canis. Diſce &] Docet nunc, quibus ſuffimentis ſerpentes abigantur. Galbaneoq;] τὴν χαλβάνην, Latinè Galbanum dixere. Peſtis] αἰτιολογία eſt, cur ſerpentes arcendi ſint. Vtitur autem deinceps commoratione. Tardoſque] Eſt hic egregia hypotypoſis reluctantis ſerpentis. Malus] Deſcriptio eſt anguis Calabrici, qui verè eſt Cherſydrus, nomen habens ἀπὸ τοῦ χέρσου καὶ ὕδατος, quoniam terra & aqua vitam degere poteſt. Sublato] id eſt, erecto capite, à forma autem partium deſcribitur. Raniſque loquacibus] Epitheton ranarum elegans. Ne mihi] Mutatio orationis peruenuſta. Et linguis] Sitis ſerpentum. Oua] Vt ᾠοτόκον eſſe hoc genus intelligamus. Triſulcis] id eſt, trifariam fiſſis, μεταφορὰ eſt. Morborum] De morbis pecorum. Illotus] id eſt, non ablutus. Debet enim ablui æſtiuus ille ſudor, q̃ ſalſus eſt. Nam ſalſugo eſt mater ſcabiei. De ouium ſcabie. Dulcibus] Nunc auſpicatur veterinariam. Merſatur &c.] Frequentatiua forma, vt verſatur. Contingunt] id eſt, inungũt. Eſt enim ἐγχείρημα. Scyllãq;] herbam. Helleboroſque] id eſt, veratrum album & nigrum. Non

tamen]

tamen ] Hæc χειρουργικὰ ſunt. Alitur ] Creſcit. Dum medicas ] Iubetur enim τὴν χεῖρα προσβαλεῖν τοὺς θεοὺς καλεῖν. Febris ]. De febri ouium. Biſaltæ ] Populi Macedoniæ, vel Thraces. Rhodopen ] συνεκδοχή. Getarum ] Scythica gens Getæ. Quam procul ] σημεῖα morborum pecoris. Primum eſt torpor. Secundum eſt ἀνορεξία. Tertium laſſitudo. Quartum grauitas corporis. Vltimum verò ſegnities & ſeceſſus. Continuo ] γνώμη Politica. De cura febris in ouib. nunc diſſerit. Nō tam ] ὁμοίωσις. Corpora ] id eſt, pecora, per Metonymiam. Aeſtiua ] id eſt, oues, quæ in æſtiuis degunt. Synecdoche eſt. Spemq́; ] πολυσύνδετον. Tum ſciat ] αὔξησις. Hic quondam ] παρασκευὴ elegans ad futuram peſtis deſcriptionē. Morbo ] Aëris corruptione. Via ] Varietas mali. Sæpe in ], Hoc eſt, in medio ſacrificio. Eſt autem πάθος à notatione hoſtiæ iam ſacrificandæ. Cecidit ] Vehementia peſtis. Inde neque ] πάθος à loco. Hinc ] Scilicet ex peſte. Diſtributio eſt. Dulces ] πάθος. Labitur infelix ] πάθος à fortunæ mutatione. De morbo equorum. Et pede ] ὑποτύπωσις eſt moribundi equi. Affectibus omnia plena ſunt. Sudor frigidus ] Hoc, & rigorem cutis ſignū futuræ mortis facit. Signa ] Prognoſtica futuræ mortis durante morbo & inualeſcentis peſtis in viſcerib. animaliū. Eſtq́; amplificatio ſæuitiæ illius egregia. Profuit ] Remediū contra inualeſcentem morbum equi. Lenæos ] Vini eſt περίφρασις. Dij meliora ] Votum eſt in parentheſi per Eclipſin, ſubaudiri poteſt, dent, aut ſimile quippiam. Laniabant ] Hæc ſunt συμπτώματα peſtis ſæuioris. Taurus ] ὑποτύπωσις. It triſtis ] Magno affectu ruſtico hæc dicuntur. Purior ] ὑπερβολή. Electro ] Nitidiſſimum hoc metallum fuit. Quid labor ] Deploratio pathetica. Salubres ] πάθος. Tempore ] Sacrorum Iunonis Argiuæ fit mentio. Iam maris ] Aquatilia quoq; peſte perierunt. Eſt autē in hoc ver

ſu piſcium περίφρασις. Phocæ] id eſt, vituli marini. Vipera] De reptilium peſte. Auibus]Aues quoque tum peſti obnoxiæ ſunt. Chiron] Medicina indicatur, eximij medici nomine : Vt mox diuinatio mẽtione Melãpodis. Papulæ] id eſt, puſtulæ igneæ ſeu carbunculi, vel ἄνθρακες. Sacer ignis]Græcis eſt Eryſipelas.

## ARGVMENTVM LIBRI QVARTI.

Quarta agriculturæ pars eſt, ratio continendarũ apum & reparandarum propter meliis vindemiam. De his in hoc vltimo libro ſcribitur.

Protinus]Propoſitio eſt, cui admiſcuit dedicationem operis per apoſtrophen. Admiranda]In re humili parat attentionem, & ab inuocatione ſuperſedet. Magnanimoſque] Pulcra tranſlatio. Tranſtulit autem appellationes politiæ & Reipub. ad apes. In tenui labor] Conceſſio eſt, & παροιμιακῶς dicitur, quoties rem quampiam eleuari propter tenuitatem videmus, q̃ tamen maximo vſui & honori eſſe poſſit. Argumentum eſt tenue, ſed non eſt tenuis labor illa ornare verbis. Principio]De loco vbi ſint aluearia collocanda. Nam] ἀνθυποφορά. Abſint] Quæ ab aluearibus abeſſe debent. Meropeſque ] Infeſtæ apibus volucres. At liquidi ] Quæ debeant adeſſe. Vt cum ] αἰτιολογία eſt vtriuſque. In medium] ὑπέρβατον. In medium tranſuerſas ſal. Pontibus] αἰτιολογία ſuperioris. Obſerua verborum αὔξησιν. Neptuno ] μετωνυμία, pro aqua. Hæc circum ] De paſtione apum Aluearia] συναίρεσις, ſeu συνεκφώνησις. Docet nunc quomodo ſint aluearia conficienda. Aditus] Foramina. Nam frigore ] αἰτιολογία prima eſt, ex natura caloris, & frigoris facultate. Neq; illæ] 2. ratio. Prædicat autem apes ab ingenio. Linunt]id eſt, diligenter oblinendo muniunt ſuas do-

mun-

munculas. Oras] id eſt, rimas. Fuco] id eſt, aliqua parte faui. Et viſco] ὑπέρβατον eſt. Namq; ordo eſt, Seruant gluten, quod eſt lentius viſco. Sæpe etiam] Tertia ratio. Cubilia] Alueos per metaphoram intelligit. Tu tamen] Epilogus. Frondes] Vt hæ ſint tanquam porticus ſeu vmbraculum. Neu propius] Quæ apibus infeſta. Saxa ſonant] Echo intelligit. Quod ſupereſt] Totus hic locus rationem quandam regiminis, & quaſi Reip. adminiſtrationem apum continet. Sol aureus] Deſcriptio æſtatis. Docet autem quomodo apes alliciendæ ſint in aluearia. Sub terras] id eſt, ad Antipodas & Antichthonas, quib. hyems eſt, quando nobis æſtas, & contrà. Illæ continuo] Quid per æſtatem apes faciant. Progeniem] Metonymia pro fœtus. Amor apum erga fœtus. Excudunt] Metaphora eſt à fabris ferrarijs. Hinc vbi] ὑποτύπωσις eſt. Meliphylla] id eſt, Meliſſam, συγκοπὴ eſt, pro Meliſſophylla, nare autē agmē dixit pereleganti metaphora. Sin autem] Quomodo apes bella gerāt. Regibus inceſſit] Ab inceſſo, quod verbum additur nominibus affectuum. Motu] Fortitudo apum exprimitur. Namq; morantes] Apparatus apum ad bellum. Tum trepidæ] Egregia eſt ὑποτύπωσις ſtrategematis. Roſtris] id eſt, cuſpidibus in cauda, μεταφορικῶς. Reges apum quoque habent aculeos, ſed non vtuntur. Erumpunt] Egregia amplificatio. Non denſior] Duabus ſimilitudinibus caſum apum prælio decertantium explicat. Ingentes] ἐπὶ θαυμασμῷ ἐναντιώσεως. Iactu pulueris] Aut aqua muſa paſſoue, aut alio liquore ſimili reſperſo, velut familiari quadā dulcedine ſæuientiū iras mitigante. Nam eadem etiam diſſidentes reges conciliant. Squamis] id eſt, fulgidus, habet lucidas alas. Alter erit] Indicia generoſi regis. Nam duo] Collatione vtitur. Inglorius] Humilis. Vt binæ] Diuerſa nunc apum genera recenſet. Spuit] id eſt, non ſunt rutilæ,

ſed ſimiles pulueri ,quod eſt illutum ſputo.Namq; aliæ]Deterioris plebis eſt deſcriptio. Elucent] Melioris gregis eſt καταγραφή. Durum Bacchi ] id eſt, vnde fit bonum mulſum. At cum incerta ] Duplicem rationem cõtinendarũ apum intra alueos ſuos ſubiungit , quarum prima eſt,vt regibus alæ eripiantur: Secunda, vt amœniſſimi horti aſſint,quib. inuitentur,ne abeant.Signa] Metaphora eſt à militibus Romanis,qui abituri caſtris ſigna euellebant, quæ vulſa oſtendebant abeundum , fixa autem,permanendum eſſe.Helleſpontiaci]id eſt,Lampſaceni. Hæc enim vrbs eſt in Helleſponto,& huius ridiculi idoli,cuſtodis hortorum,præcipua cultrix fuit.Ipſe thymum ] Ad mellificium apes prouocandæ. Atq; equidem] Nunc digreſſione optimis opus eſſe hortis indicat,ne auolẽt examina, idq́; exemplo ꝓbat. Vela traham ] Metaphora eſt , niſi properarem,inquit, extremam adderẽ manum huic bello , hortorum cultum quoque ſubijcerem. Ducta autem eſt à nautis,q cum ſatis nauigatum ſit,vela cõtrahunt, dirigentes prorã eò, quò appellenda eſt nauis.Oebaliæ]id eſt,Tarenti , περιφραστικῶς. Quia eſt condita vrbs duce Phalanto , à Lacedæmonijs,qui vocãtur Oebalij , ab Oebalo rege.Cæterum exemplo confirmat hortos magno eſſe vſui.Iugera ] Amplificatio.Regum æquabat ] ὑπερβολικῶς. Veſcumq́ue papauer]Exile & tenue. Zephyroſq́; ] Qui ineunte æſtate flant.Cogere]id eſt,cogebat, κατ' ἐναλλαγήν, redundantia mella fauis.Nunc age]Tranſitione vtitur, quæ attentionem conciliat. Curetum ] id eſt, Cretenſium. Quia in Creta primum patefactæ ſunt venæ æris. Ideo etiam fingunt poëtæ Curetes tintinabula pulſaſſe.Cœli regem]id eſt, Iouem, περιφραστικῶς. Solæ communes ] πάντα κοινὰ apib. Magniſq́ue ] Leges vocant magnas ideo , quod ſint immutabiles. Et patriam ] Pietas in patriam. Victu ]

viri-

ἀσύμπτωσις, ablatiuus loco datiui, vel vt quidam, ἀρχαϊσμός. Deſcribit iam diuerſitatē operum, aliæ faciunt mella, aliæ aduehunt ſuccum, aliæ excubias agunt. Sorti] Hoc loco eſt aduerbium. Nam duo illi datiui ſorti & veſperi aduerbiaſcunt. Ignauum] Fortitudo apum. Reſpub. debent primū habere gubernatores, id eſt, eos qui præſunt religioni & ciuilib⁹ negocijs: deinde etiam qui laborent & victum quęrant: poſtea defenſores & præſidia. Ignauum] Quia ſunt ſine aculeis. Ac veluti] Poëta voluit vti de induſtria cōparatione grandium corporum, vt oſtenderet magnitudinem ſedulitatis in apibus. Gemit] Illa grandis cōparatio valde auget diligentiam & dignitatem apum. Cum properant] Egregia eſt hic fabricantium ὑποτύπωσις. His verſibus etiam in 7. Aen. vtitur. Amor habendi] Sedulitas quærendi. Munere] Prolepſis. Grandæuis] id eſt, adultæ manent intra alueolos. Minores] id eſt, iuniores euolāt. Et pinguem] Succi plenioris. Omnib. vna quies] Conſenſio perpetua. Aquantur] id eſt, euolant aquatum. Vt cymbæ] παραβολή. Saburram] id eſt, onus, quo ſolent naues onerari; ne ꝓpter leuitatē diſijciantur. Illum adeo] De continentia & propagatione apum, id quod cum nullo animante habent cōmune in tota natura. Concubitu] Antiptoſis. Ablatiuus loco datiui. Soluunt] περίφρασις. Natos] id eſt, rorem, ex quo poſtea fit vermiculus cum incubant. Quirites] Alludit ad Rom. Remp. Eſt autem metaphora ſumta à veterib. Romanis, & amplificatione verborum & ſententiarum. Tantus] ἐπιφώνημα. Ergo] Epilogum facit ab ætate apum, quas plerunq; ſeptem annos compleri dicit. Præterea regem] De obœdientia & iuſticia apum. Incolumi] Pulcerrima ſententia. His quidam ſignis] Digreſſiuncula quædam eſt de anima, quod apib. ſit pars mentis & ſpiritus cœleſtis, quem hic hauſtum æthereum vocat.

Namque ] αἰτιολογία. Deum ] id eſt, aërem μεταληπτικῶς intelligit. Terraſq; ] Similis ſententia Aeneid. 6. Si quando ſedem ] De vindemia mellis, vt de caſtrandis alueis. Sparſus ] ἐναλλαγή, pro ſpargens. Duo tempora ] Bis eximuntur mella, in principio veris, & in autũno. Meſſis ] Mellationis ſeu mellis eximendi, μεταφορικῶς. Taygete ] id eſt, Pleias Arcadica, συνεκδοχικῶς, pro reliquis ſex ponitur Pleias ] Orientibus Pleiadibus. Aut eadem ] Alterũ tempus eſt in autumno occidentibus Pleiadibus. Illis ira ] Ira apum. Aut ſuffire ] Quib. remedijs apum incommodis conſulatur. Aut inuiſa ] Alludit ad fabulam ἀράχνης. Si verò ] Signa morborũ apũ hîc proſequitur, inde ponit & remedia. Tractimq; ] id eſt, continuò. Frigidus ] Expolit more ſuo rem comparationibus. Hic iam Galbaneos ] Remedia apum docet. Defruta ] Defrutum eſt muſtum ad dimidiam partem decoctum. Centaurea ] Hac herba dicunt Chironem præceptorem Achillis curaſſe vulnera. Cui nomen ] A nomine. Ceſpite ] id eſt, radice, συνεκδοχικῶς. Folijs ] A copia foliorum, quæ thyrſo adnaſcuntur. Syluam ] A partium figura. Aureus ] A colore ſubrubeo foliorum. Violæ ] Fuſci coloris περίφραστις eſſe videtur. Sæpe Deum ] Ab excellentia & dignitate. Aſpera ] A ſapore. Vallibus ] A loco. Mellæ ] Fluuij Gallici, à quo nimirum nomen huic herbæ inditum eſt. Huius rad. ] A virtute ſeu facultate. Sed ſi ] De reſtitutione apum quando penitus extinctæ ſunt. Arcadij ] Ariſtæum. Nam qua ] Fabulam incipit à Topographia. Pellæi ] Alexandrini ab Alexandro Pellæo. Phaſelis ] id eſt, lintribus vel cymbis. Circũ pictis veh. ] τμῆσις, ortu caniculæ 40. diebus ſe effundit, & agros irrigat atq; fœcundat, totidẽq; remeat. Nigra ] id eſt, limoſa, μεταληπτικῶς. Septem ] Nam ſeptem oſtijs effũditur Nilus in mare. Bima ] Qualis vitulus apibus reparandis appoſi-

poſitus. Obſtruitur] Suffocationis notatio eſt. Multa] Attico more, pro multum ponitur. Zephyris] Copioſa deſcriptio & elegans inſtantis veris. Ante] Epanadiploſis. Quo tempore apes reparandæ. Aeſtuat] Putredinis eſt finitio. Trunca pedum] id eſt, truncata pedum, genitiuo vſus eſt ꝑ ablatiuo. Pennis] id eſt, alis, per Catachreſin. Aëra] Volandi eſt notatio. Vt æſtiuis] Duabus ſimilitudinibus multitudiné apum ex vituli ſanguine putrefacto euolantium, exprimit. Quis deus] Subiectione vtitur, & arrepta occaſione in fabulam Ariſtæi excurrit. Morbo] A cauſis amiſſarum apum. Mater] Querela pathetica Ariſtæi aduerſus matrem. Similis eſt conqueſtio Achillis Hom. in 1. Iliad. Gurgitis] id eſt, fluuij, συνεκδοχικῶς. Quid me] Repetitio ex affectu nata. Si modo] Hæc dubitatio iterum ex affectu ſuboritur. En etiam] πάθος à paradoxo. Relinquo] Querela & expoſtulatio. Quin age] Conceſſio amarulenta & iracundiæ plena. Syluas] id eſt, arbores, συνεκδοχικῶς. Meſſes] id eſt, frumenta, per μετωνυμίαν. Sonitum] id eſt, conqueſtioné filij ſui. Exornat hoc à ſtudijs Nympharum cum matre verſantium. Eſtq́, πολυσύνδετον. Neſeq́;] Ab inſulis. Spioque] A ſpecu. Thaliaq́;] A florendo. Cymodoceque] A fluctibus. Cydippeq́;] Ab equis. Lycorias] A lupis. Clioq́;] A laudibus. Beroë] A ſonitu. Ephyre] A loco. Opis] Ab oculis, ab aſpectu. Clymene] Ab inſigni gloria. Inanem] Nihil proficientem. Furta] Adulteria, quæ & Demodocus apud Homerum canit. Caput] Egregia eſt Proſopopœia poëtica. Maxima cura] Epexegeſis, & oratiuncula eſt nunciatoria. Penei] i & e coëunt. Duc age] Conduplicatio. At illum] Recipitur Ariſtæus in ædes maternas. Omnia ſub] Amplificatio. Flumina] Ortus fluuiorum variorum. Pars] Deſcriptio apparatus conuiuij. Eſt autem σύνθεσις. Panchæis] id

eſt,

eſt, Arabicis, συνεκδοχικῶς. Patrem rerum ] Home. ὠκεανόντε θεῶν γένεσιν. Ter liquido] σπονδὴ eſt, ſeu libatio, qua effunditur vinum in ignem ter. Veſtam] Ouid. Nil aliud Veſtā quàm viuam intellige flammam. Eſt in Carpathio ] A proſopographia Protei. Vates ] A conditione. Cœruleus ] A corporis habitu. Magnum ] A fortuna ſeu facultate. Hic nunc ] A rebus geſtis. Hunc & ] A dignitate. Nouit] Ab habitu animi. Quæ ſint ] Homer. ἰλ. ά. ὃς ᾔδη τάτ' ἐόντ' τάτ' ἐσσόμενα πρότ' ἐόντα. Hic tibi ] Propoſitio eſt in oratione hortatoria. Expediat] A neceſſitate, hic eſt circumſtantia, Cur. Ipſa ego ] A facili & circumſtantia, Quo auxilio. Iam gratior]A circumſtantia, Quando. Eſt autem pulcra deſcriptio meridiei. Verum vbi] Præoccupatio futura. Species] Vnde prouerbium natum eſt: Proteo mutabilior, ex Homero ſumtum in 4. Odyſſ. Perduxit ] id eſt, obduxit. Eſt ſumtum vocabulum ab artificibus. Ita Perſius inquit: Auroq; ſacratas perduxit facies. Eſt ſpecus ] τοπογραφία. Iam rapidus ] Chronographia, id eſt, deſcriptio meridiei. Hauſerat] Ortu caniculæ. Gens humida] Piſcium eſt periphraſis. Velut ſtabuli ] Similitudo eſt à paſtore, qui ſub veſperum gregem reecnſet. Componere ] Dormiturientis eſt notatio. Ignemque ] πολυσύνδετον. Ore locutus ] πλεονασμός. Nam quis ] διαλογισμός Eſt] Pro liceat. Scis ] Conduplicatio. Velle ] Eclipſis eſt, ſeu διακοπὴ, nempe cauſam inquirere. Vi deniq;] Notatio. Ardentes] Quia iratus erat, ſicut ex hypotypoſi Agamemnonis irati, in 1. Iliad. conſtat. Non te ] Protei vaticinium. Lues ] inſeritur hic inſigne διήγημα. Miſerabilis ] Exaggeratio pathetica. Rhodopeiæ] E non eliditur græca conſuetudine. Rheſi tellus] id eſt, Thracia. Pāchæa] Thraciæ mons. Plin. lib. 4. Teſtudine] Cithara, qua ſe Achilles in caſtris quoque oblectauit. Te dulcis] ἀποστροφὴ ad vxorem,

de

de qua mane & veſperi cithara canebat. Tænarias] Amorem mariti erga vxorem oſtendit deſcenſus Orphei ad inferos. Hoſtia Ditis] Pulcra ὑποτύπωσις & comendatio eloquentiæ. Quam] Similitudo, qua multitudinem vmbrarum aduentantium exprimit per diſtributionem. Matres] Hos verſus reperies in 6. Aene. Sed apud Ouid. 10. Met. hæc omnia fuſius tractantur. Eumenides] Sic quoque Ouid. inquit: Tum primum lacrymis victarum carmine fama Eumenidum maduiſſe genas. Rota] Ixion interfecit ſocerum, ideo iuſtam pœnam luit apud inferos. Reſpexit] Ouid. hæc omnia breuius deſcripſit: Auiduſq; videndi, Flexit amans oculos & protinus illa relapſa eſt. Incautum] Elegans amantis epitheton. Participiũ ſine verbi origine. Ignoſcenda quidem] πάθος. Quia tutus amor mariti erga vxorem erat. Immemor] πάθος. Illa quis] Conduplicatio ex affectu. Ceu fumus] παραβολή. Portitor Orci] Charontis deſcriptio. Quid faceret] πάθος ex addubitatione. Quo fletu] Luctus Orphei, ob omiſſam cõiugem Eurydicen. Mulcentem] Elegans eſt verſus. Septem illum] πάθος à tempore. Strymonis] Fluuij Thraciæ, πάθος à loco. Qualis populea] Comparatio de Philomela. Thanaimq;] Fluuium Scythiæ. Lingua] Mirum. At non] id eſt, Cyrene non deſtituit Ariſtæum. Nate licet] Alloquitur Cyrene mater dimidum filium Ariſtæum. Oratio eſt conſolatoria. Nate licet] Propoſitio eſt. Non triſtare, vel non ſis ſollicitus. Hæc omnis] Confirmatio eſt per mali ταπείνωσιν. Tende] id eſt, extende, à facili per circumſtantias. Napæas] Deæ ſyluarum ſunt Napææ. Nam νάπος ſyluam ſignificat. Namq;] αἰτιολογίας petitionis eſt. Sed modus] αἰτυποφορὰ, iubet deligi tauros ad ſacrificia. Orphei] Datiuus græcus, ε & ι coëunt. Intactas] id eſt, non domitas. Pòſt vbi] id eſt, nouemdinale ſacrum. Venerabere] ἐναλλαγὴ eſt, pro

vene-

veneratus placabis. Inferias] Infernalia ſacrificia ad placandos manes. Hæc omnia ſunt exemplo Hom. conficta. Stridere] ex hoc euentu reparandarum apum ratio inuenta eſt, quas βοὸς τέκνα etiam vocarunt. Demittere] Connexas apes boui figura. Euphratem] Videtur ſcriptus eſſe iſte liber, cũ Cæſar Auguſtus gereret bellum in Aſia & Aegypto, victo Antonio, id eſt, liber iſte ſcriptus eſt, cum iam Auguſtus regnaſſet 12. annis. Hæc ſuper] Peroratio Georgicorum. Carmina] Qui Bucolica luſi. Erat enim tum natus autore, Probo, 28. annos.

# ANNOTATIONES IN AENEIDA.

## ARGVMENTVM PRIMI LIBRI AENEIDOS.

Aeneæ in Africam poſt ſæuiſſimæ tempeſtatis incommoda aduentus exponitur.

Arma] Duplex eſt in Aeneidos Argumentum, bella Aeneæ & nauigatio. Per nauigationem ciuilis vitæ & priuatę exemplũ exhibet. Bellis adumbrat heroum vitam. Arma virumq;] Propoſitio & diuiſio totius operis. Eſt p̃terea figura vſitata, quam Græci appellant ὕστερον πρότερον, vt nõ eo ordine reſpondeamus, quo ꝓpoſuimus. Nam prius de erroribus Aeneæ dixit, quem per excellentiam virum nominat. Pòſt de bello, quod per metonymiã, vt Seruius ait, arma vocat. Cæterũ Græci poëtæ, vt eſt videre apud Homerum, & alios, priuſquam proponunt, inuocant. Latini autem contrarium morem obſeruant. Troiæ] Altera cum ꝓpoſitione diuiſio, vt oſtendat, quid Aeneas fatali ratione compulſus, & quid extra